UNIVERSITY OF CAMBRIDGE

CLASSICS ADMISSIONS ASSESSMENT

THREE-YEAR COURSE

Classics At-Interview Assessment
For students with A Level (or equivalent) Latin

Write you name at the top of your answer sheet. It is important to write good English. You have one hour.

Translate the following passage into English.

For men to live up to their potential, both the soul and the body are important.

omnes homines, qui sese <u>student</u> <u>praestare</u> ceteris animalibus, summa ope <u>niti</u> <u>decet</u>, ne vitam silentio <u>transeant</u> velut <u>pecora</u>, quae natura <u>prona</u> atque <u>ventri</u> oboedientia <u>finxit</u>. sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est: animi imperio, corporis servitio magis utimur; alterum nobis cum dis, alterum cum <u>beluis</u> commune est. quo mihi rectius videtur ingeni quam virium opibus gloriam quaerere et, quoniam vita ipsa, qua <u>fruimur</u>, brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere. nam divitiarum et <u>formae</u> gloria <u>fluxa</u> atque fragilis est, virtus clara aeternaque habetur. sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis procederet. nam et, priusquam incipias, <u>consulto</u> et, ubi consulueris, <u>mature</u> facto opus est. ita utrumque per se <u>indigens</u> alterum alterius auxilio eget. igitur initio reges – nam in terris nomen imperi id primum fuit – <u>diversi</u> pars ingenium, alii corpus <u>exercebant</u>.

studeo, -ere, to be eager, strive
praesto, -are, to excel, surpass
nitor, niti, to strive, struggle
decet (impers.), it is fitting (+ acc. and inf.)
transeo, -ire, to pass
pecus, pecoris (n.), herd, flock
pronus, -a, -um, prone, subservient
venter, -tris (m.) belly
fingo, -ere, finxi, to fashion, shape, make
belua, -ae (f.) beast
fruor, frui, to enjoy, have use of
forma, -ae (f.), beauty
fluxus, -a, um, flexible, fleeting
consultum, -i (n.), deliberation, planning

mature (adv.) soon

indigens, -entis, in need, helpless, deficient

diversus, -a, um, -different

exerceo, -ere, to exercise, use